



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 41. Albrogatio Mediolanensis edicti circa festivitatem S. Dominici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. fuit, omnem sollicitudinem, tempus  
A. C. 1653. & vigilantiam in commissarum ovium  
 salutem impenderat, prudentia sane in-  
 comparabili, animo in gravissimis ne-  
 gotiis & periculis semper imperterritus  
 & maxima erga Deum, Sanctosque  
 fiducia, quorum auxilio, assiduisque  
 precibus tantum assecutus est, ut inter  
 circumgrassantes triennalis belli pro-  
 cellas patriam, civesque suos ab hostili  
 incurfu & injuria intactos servasset.  
 Erogaverat etiam quadraginta quatuor  
 florenorum millia pro fundando civili  
 jurisprudentiæ Professorum salario, &  
 quantumvis Metropolitano suo Capitulo  
 alia quadraginta florenorum millia dona-  
 dedisset, nihilominus ærarium præsentis  
 pecunia abunde instructum reliquit.  
 Successit eidem Guidobaldus Comes de  
 Thun, anno sequenti die vigesima septi-  
 ma Februarii a Capitulo Cathedrali  
 electus.

## §. XLI.

*Abrogatio Mediolanensis edicti circa  
 festivitatem S. Dominici.*

*Bull. magn.* Sub idem ferme tempus Mediolanensis  
*Innoc. X.* Senatus, inconsulta Sede Aposto-  
*Constit. 53.* lica, & renitente Archiepiscopo die vi-  
 gesima Junii per universam ditionem  
 literas encyclicas emisit, vi quarum  
 omni-

omnibus & singulis præceptum, ut quo-  
libet anno Festum S. Dominici ea so-  
lemnitate celebraretur, ut etiam om-  
nes populi & subditi præfati Ducatus  
a laboribus servilibus abstineant, & ar-  
tifices suas tabernas clausas teneant,  
hancque festivitatem omnes singulari  
devotione ac pietate Christiana cele-  
brent. Idem quoque Mediolanensis  
Gubernator die trigesima Augusti man-  
daverat, promulgato desuper edicto:  
quamprimum vero Innocentius X. Pon-  
tifex hac de re certior factus erat, mox  
die sexta Octobris edita Constitutione  
præfatas Senatus literas, & Guberna-  
toris edictum auctoritate laicali ema-  
natum omnino nullum, nulliusque ro-  
boris & momenti esse declarabat, eo-  
quod auctoritati Ecclesiæ perniciosum  
crederet, si Principes laici facultatem  
indicendi dies festos in honorem San-  
ctorum sibi arrogarent.

Sæc. XVII.  
A. C. 1653.

§. XLII.

*Variae decisiones a sacris Congrega-  
tionibus Romanis emanatae.*

Nonnisi paucae hoc anno sacrarum  
Congregationum decisiones repe-  
riuntur, quas inter sacra Rituum Con-  
gregatio ob dubium a Lucanæ Diæcesis  
Clero motum decidit, quod reliquæ  
Sancto-

Decis. S.  
Congr. Rit.  
Episc. &  
Concilii.

H 3